

RECTOR
ACADEMIAE LUDOVICIANAE

D. GEORGIVS LUDOVICVS
ALEFELD

MEDIC. ET PHILOS. NATVR. P. P. O.
ACAD. ELECTOR. MOGVNT. SCIENT. VTL.
SOCIUS ORD.

LECTIONES HIBERNAS

INDICIT

EASQUE SEDVLITATI


CIVIVM ACADEMICORVM

TAM GENERE QVAM VIRTUTE NOBILISSIMORVM

RITE COMMENDAT

P. P. D. VII. SEPT. ANN. CICLOCC LXVI.

SVB SIGILLO ACADEMIAE MAIORI



GIESSAE,
EX OFFICINA BRAVNIA.

In Facultate Theologica.

D. REINH. HENR. ROLLIUS,

Academice Senior.

Lectionibus publicis in Augustanam confessionem ejusque Apologiam commentabitur, praemissaque utriusque historia singulorum articulorum analysin & exegesin tradet, dubiaque a recentioribus quibusdam mota resolvet. *Pri-*
vatim lectiones polemicas in Syllogen controveriarum Fechtianam, cum selectis annotationibus suis denuo editam; adornabit, & separatis quibusdam horis exercitium disputatorium in eandem instituet.

D. IO. HERM. BENNER.

Publicis preelectionibus tradidit priorem *S. Petri epistolam*, exegesi subiungens usum homileticum; idem, instantem per hiemem, in exponenda ad *Timotheam* priori, facturus. *Priuntim*, absoluere studebit illustrationes *notitiae salutis*, cuius pars dimidia restat. Rogantibus, ut *theologiam moralem*, paullo faciliorem, quam quae *Baumgartiano compendio* data sit, (quo tamen plenius & praestantius dari nequit) substituat; hactenus gratificabitur, ut in compendio exhibeat ipse, quod preelegendo amplificare possit.

D.



D. IO. STEPH. MÜLLER.

Ord. sui Decanus.

Publice Theologiam moralem ad finem perducit. Priuatim vero Introductionem in Theologiam reuelatam, quam conscripsit, explicabit. In Dogmaticis articulos, qui supersunt, pro more pertractabit. Reliquum tempus institutionibus catecheticis destinauit.

D. IO. GEORG. BECHTOLD,

alumnorum Principis Ephorus.

Publice dicta probantia Theol. dogm, quae vulgo classica vocantur, denuo interpretabitur. Priuatim hermeneuticam sacram docebit, lectiones itidem homileticas de integrō aperiet, singulis simul diebus Saturni consuetas commilitonum disputationes priuatas moderaturus. Lectiones præterea homiletico-practicas, si par labori sustinendo numerus adfuerit, vel, si magis optetur, explicationem conspectus Theologiae vniuersue, a s. R. KOECHERO, Doctore Theologo lenensi, editi, offert.

IO. GEORG. HOFMANN,

SS. Tb. D. & P. P. Extr.

Publice explicabit praecēpta hermenevтика, ducem securus b. Baumgarten in Unterricht von Auslegung der heiligen Schrift; priuatim historiam ecclesiasticam Novi Testamenti, Compendium b. Mosbemii illustrans. Nec deerit desideriis illorum, qui Collegia exegetica flagitabunt, aut alias Theologiae partes sibi tradi optant.

In

* * *

In Facultate Iuridica.

**D. FRANCISCVS IVSTVS
KORTHOLT,**

Academiae Procancellarius.

**Ius Germanicum tam publicum quam priuatum, ut & ius
feudale, ducibus SEICHOVIO, SCHMAVSSIO, &
MASCOVIO, de integro explicabit.**

D. IO. CHRISTOPH. KOCH

b. a. Decanus

**Jus Naturae, Institutiones, Pandectas & ius criminale doce-
bit. Jus canonicum & ecclesiasticum Protestantium per se-
mestre aestuum interpretatus est. Disputatoria & exami-
natoria iterum offert.**

D. LVD. GODOF. MOGEN,

Professor Iuris Ordinarius.

**Quam diu; ex clementissimo Serenissimi Academiae Nu-
tritii mandato, muneri Professoris Historiarum pra-
esse pergit, nullum in Iurium scientia collegium publicum
de ipso postulatur. Priuatum vero B. HEINECCI elementa
iuris civilis secundum ordinem Institutionum, hora XI - XII.
iterum; item KOPPII historiam iuris vniuersitatis, hora IX - X.
explicabit. Ad plura promptus & paratus.**

In



In Facultate Medica.

ED. IO. WILH. BAVMER.

Med. Prof. primar.

Hora VIII. antemerid. Anthropologiae forensis Hebenstreitianæ explanationem diligenter continuabit. Hora X. Morborum acutorum doctrina ad calcem perducta, iam chronicorum indolem atque curationem, ad dictum B. M. Boerhaavii, publice explicabit. Hora XI. Physiologiam Hallerianam proponere, atque experimentis illustrare perges, eaque finita, in B. M. Frider. Hoffmanni fundamenta diaeticae commentabitur. Hora II. postmerid. post Geographiae subterraneae delineationem, chemiam metallurgicam, ducē Cl. Gellert in den Anfangsgründen zur metallurgischen chimie, theorētice atque practice tradet.

D. GEORG. LVD. ALEFELD,

P. P. O.

Absolutis praelectionibus osteologicis ad considerationem partium corporis humani molliorum progredierunt, & iriprimis Splanchnologiam ita traderunt, ut eandem partim praeparatis anatomicis, partim dissectionibus cadaverum illustret. Praecipuas praeterea operationes chirurgicas in cadaveribus monstrabit, simulque vel artem obstetriciam vel pathologiam docebit. In

In Facultate Philosophica,

ERNESTVS THOM,

Prof. moral. & iur. nat. ac gent.

Absoluta ea, quae in iure naturae illustranda restant, atque huius iuris institutiones L. B. de Wolff a principio explicabit. Partes etiam reliquas philosophiae de moribus exponet, & oeconomicas tradet disciplinas.

ANDREAS BOEHM,

Log. Metaph. & Matheum. P. P. O. Bibl. Acad. Praef.

Logicas paelectiones h. IV. vespertina de nouo auspicabuntur, metaphysicas h. V. continuabit, mathematicas tempore auditoribus commodo, tres porro per dienni horas collegiis priuatissimis partim ad finem perducendis, partim denuo inchoandis destinaturus.

D. LVD. GODOF. MOGEN,

Professor Historiarum Ordinarius.

Publice TACITI Germaniam, hora auditoribus commenda, denuo exponet. Priuatim ad Cel. ACHENWALLE historiam statuum Europae, hora VIII - IX. ut & ad SCHMAVSSII historiam Imperii Romano-Germanici, hora X - XI. commentabitur.

D.



D. IO. GEORG. BECHTOLD,

vtriusque eloquentiae P. O. O.

*Publice vel VIRGILII eclogas vel HORATII carmina dis-
sertationibus suis illustrabit. Priuatum HEINECII
fundamenta stili elegantioris praeleget, in b. CAR. GOTTH.
MÜLLERI artem oratoriam praeterea commentaturus. Pro-
mittit quoque desiderantibus *isagogen in historiam litterariam
artis oratoriae & Poësios, praesertim recentioris aeuii.**

D. GEORG. LVD. ALEFELD,

Phys. P. P. O.

*In physicam, tam dogmaticam, quam experimentalem
praelectiones instituet.*

IO. GEORG. HOFMANN,

Pb. M. TLL. OO. PP. O.

*Grammaticam suam hebraicam denuo perpetuis Scripturac
exemplis illustrabit; proiectioribus vero partes Pentateuchi
historicas in Collegio, quod dicunt, cursorios ex-
plicabit; principia etiam linguae syriacae, arabicae, & lin-
guam graecam tam profanam, quam sacram, rerum harum
cupidos docebit.*

*Praeter ista Generosissimis Nobilissimisque Ciubus de luculenta equitan-
di, pugnandi gladio, saltandiique palaestra Gallicae item & Italicae lin-
guac scholis, per magistros earum peritissimos, publice constitutos,
abunde prospectum est.*